





11873

1785,6.


ORDINARIVS
 SENIOR CETERIQUE ASSESSORES
 FACVLTTATIS IVRIDICAE
 LIPSIENSIS

MEMORIAM

SCHV̇TZIO - GERSDORFIANAM

DIE VI. IVLII A. MDCCCLXXXV.

H O R A I X
 I N A V D I T O R I O S V O
 R E C O L E N D A M
 I N D I C V N T .



I N E S T
Corollarium iuris criminalis decimum octauum.



ORDINARIUS
-SENIOR CETERIQUE ASSESSORES
FACULTATIS IURIDICAE
LIPSIENSIS
MEMORIAM
SCHULTZIO - GERSDORFIANAM

DE VII A. CIRCULARI
H O R A T I E
IN AUDITORIIS
RECENSITA
INDICAT

IN EST
Consilium hinc et inde adhibere volumus



VI

COROLLARIUM IVRIS CRIMINALIS
DECIMUM OCTAVUM

CONTINUATIO DECIMI SEPTIMI

Quam ante paucos dies telam incepimus, nunc age pertexamus. Vidimus autem, esse in militia plura ac diuersa iudiciorum criminalium genera, cum contra inter ciues vnum tantum sit. Ex hac re quinta differentia elucere videtur. Inter ciues enim quando de habito iudicio super crimine quodam eiusque reo loquimur, omnem complexum a prima registratura denunciationis, vsque ad sumtam siue capitalem, seu aliam poenam intelligimus; verum enim vero iure militari plura eiusmodi genera habemus. Studio omittimus id, quod *ein unpartheyisches Kriegsrecht* appellant, et quod nomen suum non inde, quasi reliqua partium studerentur, ducit, neque pro reliquis quicquam peculiare habet, nec non iudicium hastatum, *das Spiesrecht*, maximopere crudele et acerbum, in quo olim condemnatus reus hastis militum exceptus innumeris vulneribus misere trucidabatur, quod fusius describitur a LVDOVICI *Kriegsproc. cap. 7. §. 7.* et SCHOTTELIO *singul. iur. Germ. c. 27.* a nobis tamen eo magis omitendum, cum hodie aboletum esse laetemur. Neque huc pertinet iudicium camerale, in quo nonnisi causae ciuiles vel leues denunciatoriae deciduntur, BERGER *obs. mil. obs. 97.* LVDOVICI *l. c. BEIER Ipr. mil. L. IV. t. I. th. 2.* His igitur studio praetermissis reliqua nobis est diuisio in iudicium 1) militare, *Militairgericht*, 2) bellicum, *Kriegsrecht*, et 3) *das Standrecht*. Iudicium militare, de quo iam vidimus, id vocamus, quod ipsa inquisitione siue peruestigatione tum ipsius delicti commisi, tum, quis perpetrauerit? continetur, et eo tempore finitur; cum Acta ad sententiam ferendam completa sunt. Cum autem iudex militaris iussus sit, in eiusmodi inquisitione

omnia secundum Caroli V. legem legesque Saxonicas criminales agere, nos vero de ratione, numero, ac iuramento assessorum in iudicio criminali iam supra viderimus, non opus habemus, plura de hoc iudicio addere.

Simili modo multa iam antea de forma iudicii bellici occupauimus, vnde et de hoc nonnisi pauca adicere liceat. Habet praeter assessores XII. vel XIII. iam supra nominatos, praesidem, qui, postquam isti conuenerunt, eos alloquitur ac gratis dictis, rem, de qua agatur, proponit, et praefito a se ac singulis peculiari iuramento, ipsum iudicium sub sola administratoris iudicii militaris, qui ab hoc iurando speciali immunis est, et proxime ab eius latere sedet, directione incipit, ac peragit. Hoc iudicium aliqua species esse videtur illorum, quae mos erat apud veteres Germanos certis cerimoniis ita habere, vt ab eo, qui iudicis partes gereret, variae interrogationes solennes scabinorum vni vel alteri fierent, fere vt apud nos saepius in iudiciis denunciatoriis *denen Rügengerichten* fieri videmus. Has iudicii bellici formulas latius exponit LVDOVICI *l. c. cap. V. §. 17. sq.* Sed hae formulae hodie non amplius in vsu sunt, haud magis ac illa, qua olim iudex militaris sub initium iudicii bellici solenniter pronuntiabat: se iudicium hoc habiturum esse, tum Dei, tum iuris criminalis, tum superiorum, tum sui ipsius propriaeque potestatis causa, quod appellabant *das Kriegsrecht verbamen*. Differt etiam hodierna forma a pristina in eo, quod secundum illam sententiam, etsi vel corporalem capitalemque poenam contineret, ab ipso iudicio bellico concepta ac proprio Marte lata videtur, quod intelligi potest ex descriptione ab auctore saepe dictae praefationis Corpori Iuris militaris praemissae §. 56. exhibita, nisi dicere velis, idem et hodie, sed in quibusdam solummodo terris obseruari; cf. LVDOVICI *l. c. §. 19.* Hoc certum est, iure militari Saxonico, ablegatis illis inanibus ex iudicio bellico formulis, eius hanc hodie rationem esse, vt ibi eius director, de quo delicto commissio et de quo reo agatur, proponat, et hucusque acta omnia praelegat, reum denuo interroget ac audiat, mox eo abducto, quamnam poenam mereatur, cum praefide et assesso-

affessoribus deliberet, tandemque sententiam pronunciet. Plura addere super sedemus, ne LUDOVICVM *l. c.* BVRGERVM *observ.* 98. et SCHMIEDERVVM *l. c.* exscribere videamur, cf. BEIER. *l. c. th.* 30. hoc tamen omittere non possumus, hodie eiusmodi iudicium bellicum, quando de delicto communi agatur, non prius haberi solere, quam antea transmissis et reuersis ex dicasterio actis, atque accepta iam inde sententia; quae quoniam nonnisi informandi iudicis militaris causa sollicitata fuerat, tamen iudicio bellico a semel data, quoties de delicto communi agitur, recedere haud licet, *Rescr. d. 3. May 1751. ap. HOFFMANNVM Cod. leg. mil. p.* 879. sed suam sententiam ipsi accommodare oportet, salua tamen supremi ducis bellici confirmatione, ante publicationem expectanda, saluoque eiusdem iure tum aggratiandi, tum poenae commutandae. Et in hoc ipso cernitur etiam aliqua differentia inter formam iudicii bellici super crimine mere militari ac eius, quod delicti communis causa habetur. Illius exemplum inuenies apud SCHMIEDERVVM in appendice libri allegati *p.* 507. circa militem, qui in excubiis caedem commiserat; aliud vero quoad delictum commune nos ipsi in manibus habemus, quod vt et lectoribus studeamus, et tempori parcamus, in epitome redactum apponamus.

Registr. Langensaltze den 27. augusti 1764. Auf einlangung der fol. 135. seqq. vorherstehend mit versendung dieser inquisitionsacten eingeholten rechtlichen belehrung, und davon den herrn regiments-commandanten behörig geschenehen vortrag, ist von eben diesem herrn regiments-commandanten die besetzung eines kriegsgerichts über die inquisiten A. C. D. A. C. K. und H. M. auf heute verordnet worden. Wie nun die hierzu commandirten herren stabs-ober- und unterofficiers, auch gemeinen sich zu diesem entzwecke versammlet, ihnen auch die ursachen ihrer zusammenberufung eröffnet, und die obernannten drey inquisiten, über welche zu recht gesprochen werden soll, solutis vinculis vorgestellt, anbey eben diesen drey inquisiten von allen, was man vorhabe, eröffnung gethan, und sie sämtlich befraget worden: ob sie wieder dieses gegenwärtig niedergesetztes kriegsrecht, oder irgend eine einzehe person von denen dazu commandirten

dirten mit bestande rechtens etwas einzuwenden haben? und dieselben solches mit nein! beantwortet, so ist sodann der sämtliche confessus in gegenwart derer inquisiten mit diesem eyde (formula fere iisdem verbis, ut apud SCHMIEDERVM concepta est) beleet worden, welchen sie ritu solemni wirklich geleistet haben. Hierauf sind ferner in gegenwart dieser drey inquisiten diese wieder sie ergangenen inquisitionis-acta dem sämmtlichen confessui laut und vernehmlich vorgelesen, und nach deren beschluß diese inquisiten befragt worden: ob sie amnoch überall bey ihren ausagen beharren, und annoch etwas erhebliches zu ihrer nothdurft anzuführen haben? Und da sie weder wieder ihre ausagen, noch zu ihrer nothdurft weiter etwas anzuführen gehabt, so sind sie wieder in die fesseln geschlossen, und in den vorigen gewahrsam zurück gebracht, und sodann nach deren abtritte dem confessui von dem inhalte derer acten eine kurze wiederholung derer zu dem spruch rechtens einschlagenden umstände gemacht, das fol. 133. seqq. h. act. befindliche rechtliche informat communiciret, fundamentum legis gezeigt und erklärt, ius ad factum applicirt, sodann sie ersucht worden, ab- und chargenweise zusammen zu treten, und in reflexion auf das ihnen bekamt gemachte rechtliche informat sich eines acten- und rechtmüssigen voti zu vergleichen, sodann iede charge das ihre ad protocollum zu eröffnen, da denn die stimmen folgender maßen gefallen, und ad protocollum eingebracht worden. Die gemeinen erachten, daß in betrachtung aller in dem informate angeführten gründe, allerdings die inquisiten D. M. und K. weiter nicht als mit staupenschlag und ewiger landesverweisung zu bestrafen. Praelectum rathabuerant. Die corporals conformirten sich dem vorherstehenden voto und rechtlichen informate überall, votiren also dahin, daß die inquisiten D. M. und K. mit staupenschlag und ewiger landesverweisung zu bestrafen. Prael. rath.abuere. Die sergeanten erkennen in conformität des informats und der vorherigen votorum, den inquisiten D. M. und K. die ewige landesverweisung mit staupenschlag zu Prael. rathabuer. Die herren sous-lieutenants sprechen in ebenmäßiger conformität denen drey inquisiten D. M. und K. aus denen angeführten gründen die ewige landesverweisung mit staupenschlägen zu. Prael. rathab. Die herren premier-lieutenants finden nach dem XIV. kriegsarticul und dem dienstreglement sich gegründet, dem eingeholten informat in spruch und rationibus decidi-

decidendi sich zu conformiren, und sprechen also diesen dreyen inquisiten die ewige landesverweisung mit staupenschlägen zu. Prael. rathabuerere. Die herren capitains stimmen nach reifer ueberlegung dem rechtlichen informate nach denen angeführten rationibus decidendi gänzlich bey, und verurtheilen die inquisiten D. M. und K. zu staupenschlag und ewiger landesverweisung. Prael. rathabuerere. Herr praeses und auditeur concludiren pro voto: daß das dienstreglement der infanterie L. IV. Cap. I. §. 8. fol. 696. dem militair-richter nicht erlaubt, von denen aus rechtlichen dicasteriis chursächsischer lande eingeholten rechtsinformaten abzugehen, vielmehr expresse verordnet, in deren conformität zu sprechen, über dieses sie die in solchem informate angeführten rationes decidendi, und den daraus deducirten rechtspruch für gegründet finden, solcher auch nicht wieder die wohlhergebrachte observanz und kriegsusanze bey diesem delicto communi ist: so erkennen sie gleichermaßen in conformität des fol. 135. seqq. ad. befindlichen rechtsinformaten denen inquisiten A. C. D. H. M. und A. C. K. den staupenschlag mit ewiger landesverweisung zu. v. r. w. Wie nun diese stimmen also gefallen, und ex ore votantium ad protocollum niedergeschrieben, sodann dem wieder versammelten confessui nochmalen vorgelesen worden, und iede charge ihr votum nochmalen rathabiret hat, so ist ad unanimia vota in conformität des eingeholten informaten ein kriegs-gerichts-urthel abgefasset worden. So geschetzten in einem commandirten solennem kriegsgerichte, wie obsteht. Imposito silentio dimissi. I. G. B. Audit.

Urthel. Auf angebrachte rüge eingezogene erkundigung, abgefassete articul, und A. E. D.; A. E. K. und H. M. allerseits gemeiner soldaten bey dem königl. prinz-clemensischen regiment zu fuß darauf gethane antwort, eydlich abgehörter zeugen aussage, gehaltene confrontation, sprechen wir zu diesem kriegsrechte niedergesetzten praeses, richter und assessores, nach verlesung und reifer erwagung derer wieder dieselben ergangenen inquisitionen-acten, nach inhalt einer darüber eingeholten rechtsbelehrung, des rechten zu seyn. (Sententia continebat eadem verba quam sententia dicasterii, in quod Acta transmissa fuerant, praemisissis eodem statu causae ac iisdem rationibus dubitandi et decidendi) v. r. w. Geschlossen und gesprochen in einem besetzten kriegsgerichte. Urkundlich ist dieses urthel von allerseits niedergesetzten eigenhändig

dig unterschrieben und besiegelt, und durch den *auditeur* gehöriger *maisons* vollzogen worden. So geschehen Langensalza den 27. augusti 1764.

(L. S.) I. A. M. maior als praeses.

(L. S.) C. E. de M. capitain. (L. S.) C. W. H. capitain.

(L. S.) G. F. v. B. premier-lieutenant. (L. S.) I. G. M. premier-lieutenant.

(L. S.) C. W. P. sous-lieutenant. (L. S.) E. G. sous-lieutenant.

(L. S.) I. C. H. sergeant. (L. S.) I. C. K. sergeant.

(L. S.) I. F. T. corporal. (L. S.) I. C. E. corporal.

(L. S.) G. E. K. gefreyter. (L. S.) I. A. F. gefreyter.

(L. S.) I. G. B. *auditeur*.

Vorher befindlicher über A. C. D., A. C. K. und H. M. allerseits gemeine soldaten von dem königl. prinz-clemensischen infanterie-regimente, ausgefallener kriegsrechts-spruch, wird hierdurch als zu recht erkannt, in allen punkten und clausuln confirmiret, aus besonderer gnaediger beuegniß aber dahin mitigiret, daß jetzt ernannte inquisiten zwar mit der ihnen zuerkannten strafe des stauenschlages und der ewigen landesverweisung zu ver-spitzruthen durch 300. mann zu belegen. Und ist solches nach gewöhnlicher publication, an allerseits inquisiten des förderfamsten zur execution zu bringen. Sign. Dresden den 3. sept. 1764.

(L. S.) Chevalier de Saxe.

Publicirt in einem dieserhalb besetzten kriegsgerichte, und exequirt an diesen dreyen delinquenten den 13. eiusdem.

I. G. B. *auditeur*.

Ex his patet, quam vere dixerit ANDR. BEIER in *jurispr. milit. L. IV. t. 12. th. 10.* eum, quem ipse incongruo vocabulo *auditorem* appellat, nosratos *Auditeur* dicunt, nos vero in hac commentatione mox iudicii militaris directorem, mox scultetum castrensem vocavimus, in iudicio bellico triplici munere fungi, vno iudicis, altero assessoris, tertio actuarii; nisi forte huius loco alius adhuc addit; vbi simul obseruat, eum in eiusmodi iudicio baculum, quem alias ipse teneat, praefidi tradere, ceteroquin cooperto capite sedere.

De

De reliquo hunc locum nos absolui non posse existimamus, nisi prius annotauerimus, huiuscemodi iudicium bellicum priuilegium esse eorum, qui actu militant. Etenim qui iurisdictioni militari quidem subsumt, sed arma non gerunt, v. g. feminae, militum liberi et qui in comitatu sunt, indigni censentur, vt contra eos tale solenne iudicium habeatur, SCHMIEDER *L. III. Sect. 6. §. 4.*, id quod apud nos inprimis confirmatur rescripto supremi ducis bellici d. 5. Dec. 1754. apud HOFFMANN. p. 879. cuius haec verba digna sunt, vt apponantur: *Wenn aber ein unterschied unter der iurisdiction und der art und weise, solche zu exerciren, gemacht werden muß, und hierbey wiederum auf die essentialia und formalia zu sehen, letztere entweder de plano oder sub forma des kriegsrechts von dem militairrichter zu observiren, hiernächst das exercitium iurisdictionis sub figura eines ordentlichen besetzten kriegsrechts als ein privilegium specialissimum et personale lediglich denenjenigen zu statten kommen kann, welche wirklich auf die kriegsartikel verpflichtet, unter dem gewehr dienste thun und actu militantes sind -- folglich nicht auf die zu extendiren, so entweder ratione status als weiber und kinder oder ratione officii et negotii der militairiurisdiction unterworfen sind.*

Restant pauca dicere de eo iudicii criminalis genere, in militia vsitato, quod statarium, *Standrecht* vocatur. Est hoc omnium summariissimum, et celerrimae expeditionis, in omni re ciuili sibi simile non habens. Ei non est locus, nisi in delictis militaribus propriis, quae in castris committuntur, aut in itinere aut instante praelio, quaeque perpetrata esse, illico manifestum esse oportet, v. g. si reus in flagranti deprehendatur, inprimis si crimen eiusmodi sit, vt exercitui intersit, alios strenuo exemplo ab imitatione deterri. In hoc iudicio ne Acta quidem habentur, sed sufficit, flagitium vere commissum esse, et reum aut confiteri aut conuictum apparere, quae si conueniant, subito arcessuntur ad administratorem iustitiae militaris assessores ex exercitu quiuis primum conspicui, numero totidem ac in iudicio bellico, qui stantes, praestito prius iuramento, breuissime super causa a iustitiae militaris administratore proposita deliberant, sententiam ferunt, et mox eodem die, vt ad executionem perducatur, curam gerunt,

rant, LVDOVICI *l. c. cap. 7. §. 3. fq.* SCHMIEDER *l. c. L. I. sect. 4.* DOELFER *proc. iur. mil. c. 22. no. 4. fq.* BVRRER *observ. mil. cent. 2. obs. 97.* Neque tamen omnes solemnitates absunt. Nam non solum LVDOVICI *l. c.* narrat exemplum iudicii statarii, in exercitu Imperatoris habiti, quo eadem mutuarum inter scultetum ac assessores interrogationum formulae vsurpatae sunt, atque similis solennis constitutio, *Verbanung des Gerichts*, facta, quam olim in iudiciis bellicis obtinuisse supra diximus, sed etiam exercitui Electoris Saxoniae anno 1758. peculiaris regula de forma et conditione huius iudicii praescripta est, *Reglement wegen des Standrechts*, ex qua, quae huc pertinent, solemnitates, inprimis vero has, quod praeses et assessores gladium stringant, mox vaginae includant, quod porro administrator iustitiae castrensis: quis postulat iustitiam? clamet, quod denique reus solenniter accusetur, ac reliquas SCHMIEDERVS more suo ita sollicitè congeffit, ut omni vltiore enarratione carere possimus.

Perueniamus ad *sextam* differentiam inter iudicia criminalia apud iudicem paganum ac militarem, quae ad sportulas pertinet. Non de eo loquimur, quod directori iudicii militaris peculiaris constituta sit taxa, et separata ab ea, quae reliquis Saxoniae iudicibus anno 1724 et 1764 praescripta est, quibus illa antiquior et iam anno 1714. reuusa, quam reperies in Codice HOFFMANNIANO p. 863. sed de eo nunc dicamus, quod iudex ciuilis ab omnibus, nisi, qui iure pauperum gaudeant, sportulas accipit, militaris vero eas a militibus gregariis atque iis, qui proximo supra hos sunt gradu, *von den gemeinen Soldaten und Unterofficiers*, petere prohibetur, SCHMIEDER *l. c. sect. 11. §. 1.* Illis enim, quos diximus, militibus stipendium tam curtum constitutum, ut inde se vix alere possint, nedum alienae sportularum cupiditati satisfacere. Quid? quod tantum ipsorum in hac re sit priuilegium, ut adeo apud iudicem quoque ciuilem immunes sint a sportulis, si forte hic in causis criminalibus inuestigandi delicti causa a militari sit aduendus; in cuius compensationem nec hic sportulas petere debet tum, quando hinc inde a magistratu ciuili requiritur in causa criminali contra reum, ob cuius inopiam sumtus proprio

proprio oneri cedunt; id quod lege ea continetur, quam vocant *die Ordonanz de ann. 1752. §. 111.* vnde frustraneum videtur cum *LYDOVICO l. c. cap. XI. §. 33.* inquirere, num, quando milites non habeant, vnde sportulas soluant, tribunus militum, *der Obriste*, ad eas teneatur, quia ipsi tanquam domino iurisdictionis etiam lucra cedant; nisi id de sumptibus quos erogare necesse est, intelligas, *SCHMIEDER l. c. §. 8.* Caue tamen vel iudicem militarem vel paganum hoc onere etiam tunc premas, quando, qui peccarunt, proprias facultates possident, his enim intactis seruatis, omnia quae ipsorum causa peraguntur, gratis facere, neuter istorum iudicum vel ex legis ratione vel ex aequitate compellendus, cf. *SCHMIEDER l. c. §. 1.* Facit huc inprimis rescriptum d. 22. Apr. 1723. datum apud *HOFFMANNVM l. c. p. 864.* verbis: *und wiewohl er als ein gemeiner Soldat die aufgelaufenen unkosten von seinen löhnungen zu ersetzen nicht angehalten werden mag, derselbe jedoch, wenn er etwas in eignen vermögen, solche zu übertragen allerdings gehalten ist.* Pari modo pronunciauit Collegium nostrum m. Aprili 1782. ac alias saepius. Milites vero superiorum ordinum non sunt immunes a sportulis iudici militari soluendis, nisi in causis mere militaribus, *in Dienst- und Commando-Sachen, Rescr. 714. ap. HOFFM. p. 862.* si quid vero peccent, ita vt aduersos eos inquiri debeat, recte ab ipsis sportulae exiguntur, vnde colligimus, eorundem causis crimalibus nec civilem adigi posse, vt ex officio testes audiat, vel aliud quicquam agat, *SCHMIEDER l. c. §. 2. sq.*

Tandem *septimo* quaedam de diuersitate poenarum dicenda restant, quas vel iustitia ciuilis vel militaris decernit, exequiturque. Non attinet quidem quicquam de iis differere, quae vtrique communes sunt, cum in omnibus iurisprudentiae elementis satis dictum reperias, quibus singulis poenis eiusmodi singula delicta coerceri soleant? In solis itaque iis, quae hodie militibus propriae esse solent, recensendis subsistamus, quarum quidem catalogum exhibet *DOEPLERVS theatro poenarum, T. II. c. 50.* sed talem, vt tum multas obsolescas complectetur, tum e contrario aliae ibi frustra desiderentur.

Sunt igitur poenae militares hodie vsitatae eiusmodi, vt vel *mortem* inferant, vel *corpus* afficiant, vel denique *honorem* deminuant. Ad prius genus duae solum referendae, altera sola et per se militaris, eaque honestior, nempe quando condemnatus reus a commilitonibus globulis per puluerem pyrium ex sclopeto emissis petitur ac interficitur, *Arquebusade* altera minus honestior et nonnisi secundum modum exequendi militaris, scilicet suspendii. Ista sic militibus delinquentibus propria est, vt, quando in legibus militaribus capitis poena simpliciter dicitur re dubia, nulla alia nisi haec intelligi debeat; SCHMIEDER *l. c. Lib. VI. sect. 1. §. 39. Rescr. Sax. d. 18. Febr. 1755. ap. HOFFM. p. 890.* eaque inprimis cum delicta, a milite in excubiis stante, perpetrata tum inobedientia et obstinata inferioris erga superiorem oppositio puniri solent; suspendium vero militare, quod praesertim leges iis, qui exercitum deserunt, et iure quidem nostro atque Romano anteriori, prima statim *l. 3. §. 10. D. de re mil. Romano* autem posteriore nonnisi secunda vice, *l. 5. §. 3. D. eod. Nov. Leon. 67.* minantur, eo solo a reliquo differt, quod suspensū corpus ultra solis occasum in patibulo non relinquitur, DOEPLER *l. c. cap. 6. §. 193.* verum aut sepelitur, aut in Saxonia ordinibus medicorum anatomiae causa traditur, *Rescr. d. 28. Jun. 1723. ap. HOFFMANN. p. 882.*

Poenarum *corporis* pure militarium quinque genera esse solent, primo fustuarium, *Stockschlaege*, deinde caesio virgis, BVRGER *l. c. obs. 265.* lorisue facta, *Gassenlaufen durch Spitzeruthen oder Steigbügelriemen*, mox portatio sclopetorum manuariorum aut ephippiorum, *das Flinten- oder Sattel- Cuirass- und Manteltragen*, porro in ligneo equo sedere, et alligatum stare ad palum, DOEPLER *theatr. poen. T. II. c. 50.* Quoad primum et secundum genus, ea castigatio legibus nostris prudentissime non solo punientium arbitrio relicta est, verum moderatio praescripta, ita, vt gregarius miles non debeat pluribus fuste plagis quam octo ab eo, qui ipsi proxime superior est, *von einem Unterofficier*, nec pluribus quam duodecim *von einem Lieutnant oder Faelndrich*, pariter *ein Unterofficier* gladio haud pluribus quam duodecim *von*

von einem Subaltern- Officier affici, Rescr. de a. 1735. 1739. et 1742. ap. HOFFM. p. 876. et 849. quemadmodum nemo solius tribuni militum iussu virgis grauius quam quater a ducentis commilitonibus caedi poterit, SCHMIEDER l. c. §. 3. 4. a cuius tamen solo arbitrio reliquae poenae corporales pendent.

Superfunt poenae militares, quae nec vltimum supplicium inferunt, nec corpus afficiunt, sed solummodo honorem deminuunt, vel adimunt. De his ne plura dicamus, otium fecit G. H. MYLIVS, qui a. 1741. singularem dissertationem de poenis militum famosis scripsit, quem tamen velimus non illas poenas connumerasse, quae quidem semper infamiam secum ferunt, inprimis, quoniam earum executio est penes carnificem, sed quae non eum in finem irrogantur, vt ea deminutio honoris simul poenae loco sit, verum, quae solum ex accidente, aut potius ex natura supplicii accedit, v. g. fustigatio ob delicta communia. Nos iterum vltra delictorum militarium fines non exspatiemur, et quae his dictari solent, poenas famosas diuidamus in tales, quae non impediunt, vt eas passus vltorius militet et tales, quae iis affectum ab omni porro militia excludunt. Illa vna est, nempe degradatio, seu de gradu deiectio, cuius iam meminit MODESTINVS l. 3. §. 20. D. de re mil. qua qui superioris cuiusdam ordinis miles, contumeliae causa ad aliquanto inferiorem, aut plane inter gregarios milites detruditur, quod postremum hodie vocatur *auf die Schildwach setzen*, non autem, vt quidam putant, a militia equestri dare ad pedestrem. Illud saepe etiam ante omnia propterea fit, vt certa aliqua poena, eius praesenti dignitati haud conformis sumi queat, MYLIVS l. c. §. 34. sq. Ceterae omnes ita comparatae sunt, vt sic afflictum indignum faciant, iis, qui honestae et gloriae cupidi pro parua dimicant, interesse. Huc pertinet praecipue solennis infamiae impositio, *zum Schein machen*, cuius vocis deriuatio a scuti ademptione *Schild nehmen*, reiecta a MYLIO l. c. §. 15. nobis probabilior videtur, ac ei substituta a vestitus militaris detractio, *ausscheelen*, quamuis et haec olim poena singularis militum esset, iam apud LIVIVM ac SVETONIVM, Aug. c. 24. obueniens. Nec eadem

MYLIO assentiri possumus, quando dicit, eam interdum praeparatoriam esse et praecedere poenam vel corporalem vel capitalem. Etenim nec opus esse videtur, nec forte ubique fieri solet, cum satis sit, ipsius poenae specie, quia carnificis interuentu infligitur, ex vnus cuiuscunque honesti viri opinione bonam famam in totum perimi. Ceterum ea, de qua hic dicimus, solennis infamiae impositio fit adhibito seruo carcerario *dem Steckenknecht*, certis prout apud varios exercitus receptae sunt, ceremoniis, quibus in primis quoad milites superiorum ordinum, fracto per eundem vel carnificem gladio, et praesertim tunc peragi moris est, quando miles ob delictum militare cum ignominia exauctorandus est; quamuis haec ipsa ignominiosa missio saepissime absque vlla solennitate fieri soleat, per solam sententiam, eoque aliquantum mitior illa. Haec vacans solennitatibus, in superioris dignitatis militia nomen cassationis cum infamia accipit, aliena tamen adhuc a simplici cassatione, quam infamia iuris non comitatur, attamen et ipsa apud honestos viros quodammodo famam sugillat; quod idem obtinet in missione simplici gregariorum militum, quae pro tacite ignominiosa putatur, *l. 13. §. 13. D. de re mil.* sola enim honesta et causaria excipitur, *BVRGER l. c. obs. 220.* Ignominiosam vero solennem, qui meruerunt, gregarii milites abducuntur publice per dictum seruum carcerarium, *MYLIVS l. c. §. 23.* Ceterum haec missionis ignominiosae poena valde antiqua est, etsi aliquantum mutata, cum iam obueniatur apud auctorem libri de bello Africano *cap. 7.* vbi Caesar, conuocatis omnium legionum tribunis ac centurionibus, de suggestu dicebat: *C. Auiene -- ob eas res ignominiae causa ab exercitu te removeo, hodieque abesse et quantum potes, proficisci iubeo, cf. l. 3. §. 1. D. de re mil.* Infligitur vero ut plurimum ea poena delinquenti praesenti. At vero quoniam nec corpus afficit nec vitam, potest etiam in absentes fieri, soletque inprimis contra eos, qui castra et exercitum deseruere, nec publice, edictaliter modo coroll. XVII. exposito citati, rediere, sic exerceri, ut gregariorum militum et qui ipsis proxime superiores sunt, *der gemeinen Soldaten und*
Unter-

Unterofficiere nomina, laminis inscripta, eorum vero, qui eminentiores sunt, *der Oberofficier*, pictae imagines, aequae adscriptis nominibus a carnifice in patibulo suspendantur, et affigantur, MYLIUS *l. c.* §. 14. et 16. §. 7. DOEPLER *l. c. cap.* 52. quae res in vniuerso orbe terrarum quam maximo opprobrio habetur.

Hactenus de singulorum militum poenis dictum. Fit vero etiam interdum, vt integrae cohortes, *Regimenter*, vel poena capitali per decimationem (qui modus non minus antiquissimus est, iam apud CICERONEM *or. pro Cluent. c.* 46. DIONEM CASSIUM *L.* 41. nec non TACITUM *annal. L. III. c.* 21. LIVIUM *L. II. c.* 59. SVETONIUM *Augusto c.* 24. *Galba c.* 12. et *Caligula c.* 48. aliosque auctores occurrit, interdum in vicefimationem et centesimationem, CAPITOLIN. *vita Macrini c.* 12. temperatus) vel ipsae cassatione, aut degradatione, aut vexilli ademptione afficiantur. Singula concurrerunt in duobus illustribus exemplis, quae saepe allegatus BYRGERVS *l. c. obs.* 165. p. 466. refert, cum anno 1642. integrae cohortes ex exercitu Caesaris, postquam e praелиis cum Suecis discesserant, sic punitae sunt, vt infamia ipsis imposita, vexillisque fractis, centuriones, et qui eorum loco essent, *die Rittmeister und Lieutnants* capite, vexilliferi autem, *die Cornets*, item *die Wachtmeister und nachgesetzte Unterofficiers* cum omnibus gregariis militibus suspendio per decimationem plecterentur. Meminimus etiam ex superiori septennali bello duarum cohortum, quarum vna rediens ex acie cum supremo duci expers fortitudinis videretur, ignominiae causa ex castrensi facta est stataria, *aus einem Feldregiment ein Garnison-Regiment geworden*; altera, quae vexillum sibi ab hoste eripi passa erat, ea tam diu carere iussit, donec aliam ab eodem sit occupatura. Pluribus non opus videtur ad ostendendum inter iudicum ciuilium, militariumque iudicia criminalia.



In superioribus aliquoties tribunorum militum mentio facta est, nunc nominandus est quidam tribunus militum nobilis DE SCHVITZ, cuius vidua, ipsa e gente itidem nobili DE GERSDORF nata, ea liberalitate erga studiosos nobiles fuit, ut utriusque familiae duo stipendia haud exigua constitueret, quibus tamen, si in illis deessent, qui literis incumbere, et alii ornari possent. Huius memoriam nunc recolet Vir Generosissimus ERNESTVS FRIDERICVS ADAMVS L. B. DE MANTEVFEL, idem, qui nuperrime genti Bestuchefanae grates litavit. Insunt enim huic virtuti tantae dulcedines, ut generoso animo non satis videatur, eas degustare, sed desiderium sit, repetita vice deuorare. Igitur et in huius beneficii laudes congrua verba faciet, proximo die Mercurii, qui est sextus mensis Iulii, in auditorio nostro, praemissa oratiuncula, qua, *ex officiis, quae perfecta appellari solent, non semper oriri iura et obligationes perfectas*, ostendet; cui ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS CELSISSIMVS PRINCEPS ILLUSTRISSIMI COMITES VTRIVSQUE REIPUBLICAE PATRES CONSCRIPTI ATQUE GENEROSISSIMI AC PRAENOBILISSIMI HVIVS VNIVERSITATIS LITTERARIAE CIVES frequenter interfint, non solum omni obseruantia et humanitate rogamus, verum etiam, sic nobis, sic oratori rem gratam honorificamque futuram esse, fide nostra pollicemur. Scribebamus Dominica VI. post Festum Trinit. anno MDCCCLXXXV.

EX OFFICINA SAALBACHIA







Leipzig, Diss., 1785 A-0

ULB Halle 3
004 317 580




f
56.

KD 18







11873


1785,6.

ORDINARIVS
SENIOR CETERIQVE ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

MEMORIAM
SCHV̇TZIO - GERSDORFIANAM

DIE VI. IVLII A. CIOICCLXXXV.

H O R A I X
I N A V D I T O R I O S V O
R E C O L E N D A M
I N D I C V N T .



I N E S T
Corollarium iuris criminalis decimum octauum.

